Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc. Iesv Theologi

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

10. Ab infirmitatibus & alijs malis nos liberat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46785

Visual Library

ram delapſus eſt beneficio Angelorum.

DECIMVM BENEFICIVM *corporale.*

Quod porrò ſi ægritudo, aut alia corporis miſeria pulſet te, ad Angelum confuge; ſtatim enim percipies in corde tuo quod Tobiæ ali-
Tob. 5. quandò per Raphaelem dictum & promiſſum fuit, *Forti eſto animo, quia in proximo eſt, vt cureris.* Huc ſpectat quod in euangelio Ioannis legitur, quolibet anno, tametſi, vt Euthymius ſcribit diuerſis temporibus, deſcendere conſueuiſſe de Cœlo in piſcinam probaticam aut viſibiliter, aut, quod verò ſimi-
Pãthaleõ lius inuiſibiliter, Angelum, ſiue il-
Maldona. le Michael, ſiue Raphael, ſiue quod communior tenet opinio, alius fuerit, illique ſupranaturalem, quandam, ad cuiuſuis generis ſanandas infirmitates, efficaciam conferre: tantam autem ægrotorum multitudinem ordinariè illuc confluxiſſe, vt neceſſe eſſet quinque porticus aperire, nè quis per anguſtiam loci

à tam

à tam præſentis remedij fruitione excluderetur.

Tandem omnia hæc, quæ in corpus collocari poſſunt, Angeli beneficia, breuibus equidem, ſe ponderoſis ac deuotis verbis Iunior Tobias cano parẽti ſuo explicare conat⁹ fuit in hũc modũ: *Quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit eſſe beneficijs eius? Me duxit, & reduxit ſanũ; pecuniam à Gabelo ipſe recipit; vxorẽ ipſe me habere fecit: & dæmoniũ ab ea cõpeſcuit: gaudium parẽtib⁹ eius fecit; meipſum à deuoratione piſcis eripuit te quoq; videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti ſumus.* Quocirca S. Auguſtin. gratias CHRISTO canit pro tot Angelorum beneficijs, dum Mediatorum more inter homines ac Deum diſcurrunt, nunc manum nobis porrigentes, vt lapſos erigant, nunc preces ac vota Regi ſuo offerentes, vt iratum cõcilient: *Magna cura & vigilanti ſtudio adſunt nobis Angeli omnibus horis & locis ſuccurrentes, & prouidentes neceſſitatibus noſtris*

Lib Soliloq. c. 27.

& ſoli-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ſolliciti diſcurrentes inter nos & Te Domine.

Capvt. XVIII.

De variis Angelorvm nominibus, quibus diuerſa eorum in nos beneficia explicantur.

Tametsi imbecillitate intellectus noſtri non poſſumus nomen Angeli aſſequi, vt idem Angelus rogatus de nomine ſuo à Patriarcha Iacob non obſcurè indicat, *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* ex parte nihilominus venire licet in cognitionem illius per beneficia, quæ nobis cõmunicat. Omnia enim dona, quibus homo ab Angelo cumulatur (antè enumerauimus) exprimuntur in diuinis literis & monumentis Sanctorum Patrum per varia nomina, propria ipſis Angelis; Nam inprimis appellantur hi Spiritus *Angeli*, quia Cæleſtis Rex eos veluti propugnatores noſtros ad terram tranſmittit, ac tali ſenſu

Gen. 23.